UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

8. Considerando virtutes Christi in tota Passione exercitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

ſuaviter fortiterque per omnia attingendam pientiæ ſuæ diſpenſationem; propter omni modis exaggerandam effundendamque n nimiam charitatem ſuam.

Atque ex his facilè patent bona Natu Gratiæ, & Gloriæ Chriſti, nec non eorum c ſideratio.

MODUS VIII.

OCtavus meditandi Paſſionem Domini modus eſt; Aſſumere peculiares inſig que Chriſti Domini virtutes, easque in tota ſione à Domino exercitas & elucescentes gare, ac nobis ad imitandum proponere, non gratias agere, pro earum exemplaribus heroicis nobis propoſitis. Virtutes ſunt Charitas in Deum, eadem in nos propter De Obedientia, Humilitas, Patientia, Manſuet Taciturnitas, Modeſtia, Reſignatio, Perſeve tia, Miſericordia, Liberalitas, &c. Hæ om meditando expendi poſſunt, Ubi, Quàn Quoties, Quomodo à Chriſto exercitæ Quanta v. g. Humilitas Chriſti eluxit in lot pedum diſcipulorum ſuorum, etiam Judæ ditoris? quanta cùm oraret Patrem Æterni poſitis in terram genibus, immo & facie quantâ cum à turba captus eſt, ligatus, in ter abjectus, pedibus hoſtium pulſatus, & calca per viam violentiſſimè tractus raptatusque quanta cum in domo Annæ examini ſe ſubd & poſt reſponſum modeſtiſſimum, immani a percuſſus, atque etiam reprehenſus, modeſtiſſ totum ſuſtinuit? Atque hunc in modum, pro

di per totam Paſſionis ſeriem poteſt, ubique inſignem humilitatem Domini agnoſcendo, mirando, diſcendo, imitando. Etenim in omni Paſſionis ſuæ parte, Dominus JEſus, omnibus nobis videri poteſt dicere, tam verbo, quàm facto, illud ſuum. *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Par de aliis virtutibus ratio. Nam in tota Paſſione ſua, poſſumus audire Dominum JEſum nobis opere & veritate dicentem. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Et *ut cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.* Et. *In Patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Et. *Ego ſum Paſtor bonus & animam meam pono pro ovibus meis.* Et. *Qui perſeveraverit usque in finem hic ſalvus erit.* Et. *Qui vult venire poſt me tollat crucem ſuam.* Et. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos faciatis.* Hæc audiet, hæc ſpectabit, hæc manu tanget meditator in Chriſto Patiente, ab his quàm ipſe longè ſit, quantoperè abhorreat, quàm ſit dedicatus Martyr Chriſti cognoſcet ac metietur, quid adhuc deſit ſibi ad id, quod perfectum Chriſti imitatorem, ſervum, ſociumque decet? Hic faciet dignas Chriſto, dignas Chriſti exemplo, ac merito reſolutiones: hic ſuam mollitiem, ignaviam, inconſtantiam, puſillanimitatemque cognoſcet, arguet, confundet, expellet, fervorem autem, & animi robur, ex ipſo fonte meritorum Salvatoris hauriet. Qui ita faciet, experimento proprio diſcet, veriſſimum eſſe id quod expertus Bonaventura aſſeruit. *Si vis ô homo de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere: quotidie quantâ potes devotione, mediteris Domini Paſſionem.*

Matt. 11. 29. *Matt.* 22. 37. *Joan.* 14. 31. *Luc.* 21. 19. *Joan.* 10. 11. *Matt.* 10. 22. *Luc.* 9. 23. *Joan.* 13. 15.

Nihil

Nihil enim in anima ita operatur univerſalem Sa
ctitatem, ſicut meditatio Paſſionis Chriſti: præ
tim juxta hunc octavum modum inſtituta. In h
cerpam aliquid ex optimo ſcriptore, quod
radigmatis loco fit. Is eſt Joſephus Speran
cujus verba abbrevio ne longus ſim. ait en
Joſephus Speranſa in ſelectis ſcript. Puncto 54. [Eſt præterea valde fructuoſus meditandi mo
dus, qui ad virtutum imitationem tendit. H
licet omnes in tota vita Chriſti eminet: Paſſi
tamen ejus eſt velut ſumma & epitome om
nium perfectiſſimarum virtutum. Ut ſplen
Iſa. 53. 3. Humilitas: *Vidimus eum deſpectum, noviſſim*
virorum; Verè in noviſſimo loco recubu
2. Reg. 6. 20. dum inter latrones in cruce occubuit. *Q*
glorioſus fuit hodie Rex Iſrael, diſcooperien
ante ancillas ſervorum ſuorum? & nudatus
quaſi nudatur unus de ſcurris. Si ad menſura
Dignitatis reſpondet Humilitas, quis metietu
Humilitatem Chriſti: quo ſicut nemo ſub
limior, ita & nemo deſpectior. *Noviſſimu*
(Hebr. ceſſatorem) *virum*, quaſi Chriſtu
ferè capacitatem hominis per humilitate
exhauſerit: nec non ultra ſtante naturâ hu
manâ deſcendere potuerit: ſed omnino ce
Pſal. 21. 7. re debuerit, juxta illud, *Ego autem vermi*
non homo. Heu! Heu! Filius DEI, ver
factus eſt per humilitatem, & homo putr
ac vermis, adeò per ſuperbiam erigit
Diſcite ergo à me, diſcite, quia mitis ſum
humilis corde. O quàm mitis! ineffab
certè, manſuetudo, dum inter quaſcun
injurias, nihil durum tortoribus ſuis reſpon
Iſa. 53. 7. *quaſi Agnus coram tondente ſe,* &c. *Conſtituite*
Pſ. 117. 27. *ſolennem in condenſis uſque ad cornu altaris.* Pa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus. *Ligate Agnum;* Chaldæus. *ligate puerum*
funibus usque ad cornua altaris; brachia Crucis.
In his omnibus non aperuit os ſuum, *ita ut mira-*
retur Præſes vehementer.

Patientiam in alapa, quâ ſacrilegus ille Di- ,, *Auguſt. Tr.*
vinam faciem percuſſit, mirans Auguſtinus; ,, *11.3. in Io.*
Si inquit cogitaremus; quis acceperit alapam, ,,
nonne vellemus eum qui percuſſit cæleſti igne con- ,,
ſumi, aut terrâ dehiſcente ſorberi, aut correptum ,,
à dæmonio volutari, aut hujusmodi quâlibet pœ- ,,
nâ, vel etiam graviore puniri? Quid enim horum
per potentiam jubere non potuiſſet, per quem factus
eſt mundus, niſi patientiam nos docere voluiſſet, quà
vincitur mundus. Pilatus JEſum flagellatum tra-
didit voluntati eorum. Non ex lege decrevit,
ſed voluntati hoſtium, voto, violentiæ, vinolen-
tiæ tradidit; unde illud. *In me pſallebant qui* *Pſal. 68.13.*
bibebant vinum. Unde credibile, ſævitum in
eum omni æquitate latiùs, quæ omnia patientiſ-
ſimè pertulit.

Relucet *Obedientia*, quam ne perderet, per-
didit vitam.

Relucet *Paupertas*, eaque talis, ac tanta, ut ,,
nudus in Cruce non haberet ubi caput ſuum ,,
reclinaret. Ita orbis Domino, totus negatus ,,
eſt orbis. Unde Ambroſius: *Recordare omnem* *Bonaventura.*
vitam Salvatoris à partu virginis, usque ad pati-
bulum Crucis, & non invenies niſi ſtigmata Pauper- *Ambroſius.*
tis illius, de qua in Threnis. Recordare Pauper- *Thren. 3. 19.*
tis meæ.

Sed ubi *Charitatem* relinquemus? *In hoc* ,, *1. Joan. 3.10.*
cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro ,,
nobis animam ſuam poſuit. Cornua in manibus ,,
ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus. Septua- ,,

ginta

ginta legunt. *Et poſuit dilectionem robuſ*
fortitudinis ſuæ. Hinc ad ſuæ Charitatis oſte
ſionem latus voluit ſibi perforari, & cor ip
aperiri, quaſi diceret. En quantùm vos dil
Cor ipſum videte. Hunc tibi amorem teſt
eſt, dum tam libenter pro te mortuus eſt.
tenſione brachiorum ſuorum, & membro
oſtendit, quòd tantùm diligere potuit.

Bernardus Serm. 1. de omnibus Sanctis Clemens Alex. 2. Pædag. cap. 6. Ludovicus Pontanus Medit. 1. Partis 4. Puncto 6.

Quid hinc fratres? *Chriſtus paſſus eſt pro*
bis, vobis relinquens exemplum. Pudeat, *p*
ſectari gloriam membra, quibus caput ſuum ta
glorium exhibetur, non habens ſpeciem neque d
rem: pudeat ſub ſpinoſo capite membrum fieri
catum. Non coroner ego coronâ aureâ (in
invictus ille Goffredus) ubi Servator meus
ronatus eſt ſpineâ. Et quidem (ut Clemens
à ratione alienum eſt, ut qui audivimus Do
num ſpinis fuiſſe coronatum; ipſi vene
Paſſioni Domini inſultantes, habeamus c
redimita floribus, dicamusque, *coronemus no*
ſis. Hactenus Speranſa.

„Univerſaliter ſciendum & conſideran
„ eſt, Chriſtum Dominum in Paſſione ſua,
„ nes præcipuas Chriſtianæ & perfectæ vita
„ tutes exercuiſſe: & quidem ſingulas, q
„ tùm ad externos actus, in gradu hero
Multoque etiam in præſtantiori, quantùm a
ternos actus, qui externos comitabantur.
jus cauſa fuit. *Prima*, Quòd ipſe veniſſet u
Magiſter exemplarque virtutum. ideò tem
Paſſionis voluit epilogum omnium earum
re, & ſingulare exemplum præbere. *Sec*
Quia ſuâ Paſſione promeriturus & impetra
nobis erat omnes virtutes, voluit etiam m

no

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noſtra, actuali earum exercitio inniti. *Tertia*, Ut a ratione virtutum ipſarum honorem & præſtantiam tueretur. Valde enim jacebant in mundo: illæ præſertim, quæ mundi contemptum docent. *Quarta*, Ut teſtamento & ultimâ ſuâ voluntate, ipsâ morte confirmato, excellentes omnium virtutum actiones nobis relinqueret. Sicut enim in ultimo ſuo Sermone dixit. *Mandatum novum* *Joan. 13. 34.* *do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* Ita dicere potuit, opereque ipſo dixit, Mandatum quoddam novum do vobis, ut humilietis vos, ſicut ego me humiliavi, ut obediatis & ſuſtineatis, ſicut ego obedivi, & ſuſtinui.

MODUS IX.

NOnus Modus Paſſionem Domini meditandi eſt, priori quidem, uſu & efficaciâ ſimilis, modo tamen diverſus, quo ſingula circa Chriſtum in Paſſione geſta, ad moralem ſpiritualemque doctrinam, meditationibus, reflexionibus, propoſitisque transferuntur, atque accommodantur. Modum hunc, quia exactè non minùs quàm devotè & copiosè proſecutus eſt, piiſſimus Æternæ Sapientiæ JEſu Chriſti Miniſter, Beatus mirum Henricus Suſo Ordinis Prædicatorum, Dialogo Sapientiæ cum Miniſtro ſuo, per aliquot capita, ideo illum hic ejusmet verbis deſcribam: ordine tantùm nonnihil immutato, hoc eſt, parallelicè per ſingula puncta Paſsionis Dominicæ, ſimul doctrinæ myſticæ ex iis erutæ digeſto. Sic igitur apud Suſonem *Dialog. cap.* 2. Æterna Sapientia Chriſtus JEſus, primum ſuam propriam Paſsionem explanans, deinde diſcipuli amatorisque ſui myſticam item Paſsionem, ſeu ram internamque ſuæ Paſsionis imitationem ponens, verbis tanquam propriis inducitur.